Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

te quasi in hora nona diei: ange
lus dei introiens ad se et dicens
sibi. Cornelii. At ille intuens eum
timore conceptus dixit: Quis es
domine. Dixit autem illi: Oraciones tu
e et elemosine tue ascenderunt
in memoriam in conspectu dei: Et
nunc mitte viros in joppen: et
accersi simonem qui cognomi
natur petrus. hic hospitatur
apud simonem quedam corriarii
cuius est domus iuxta mare. hi
dicet tibi: quid te oporteat fa
cere. Et cum discessisset angelus
qui loquebatur illi: vocauit du
os domesticos suos et militem
timentem dei ex his qui illi pe
rtebat. Quibus cum narrasset omia
misit illos in joppen. Postera at
die cum illis facientibus: et ap
propinquantibus ciuitati. ascendit
petrus in superiora ut oraret. E
ra hora sexta. Et cum esuiret
voluit gustare: parantibus at
illis cecidit super eum mentis excess
us. Et vidit celum apertum: et de
scendens vas quodam velut lin
theum magnum quatuor initiis si
mitti de celo in terram in quo e
rant omnia quadrupedia et sen
sa terre. et volatilia celi.
Et facta est vox ad eum. Surge
petre: occide et manduca. Dixit
autem petrus. Absit domine: quia
nunquam manducauit omne quod
est immundum. Et vox iterum secu
ndo ad eum. Quod deus purificauit:
tu communem ne dicas. Hoc at
factum est per ter. Et statim re
ceptum est vas in celum. Et dum mu
se hesitaret petrus quid nam
esset visio quam vidisset: ecce
viri qui missi erant a cornelio
inquirentes domum simonis: astite
runt ad ianuam. Et cum vocasset
interrogabant si simon qui cog
nominatur petrus illic haberet
hospitium. Petro autem cogitante
de visione: dixit spiritus ei.
Ecce viri tres querunt te. Surge
itaque et descende et vade cum eis
nichil dubitans: quia ego mi
si illos. Descendens autem pe
trus ad viros dixit: Ecce ego sum
quem queritis. Cuius causa est quid
quam venistis. Qui dixerunt.
Cornelius centurio vir iustus
et timens deum et testimonium
habens ab vniuersa gente iudeo
rum: responsum accepit ab angelo
sancto accersiri te in domum
suam: et audire verba ab
te. Introducens ergo eos ipse
fuit hospitio. Sequenti autem die
surgens: profectus est cum illis
et quidam ex fratribus ab joppe
comitati sunt eum. Altera at
die introiuit caesaream: cor
nelius vero expectabat illos:
conuocatis cognatis suis et ne
cessariis amicis. Et factum est cum
introisset petrus. obuiauit ei
cornelius: et procidens ad
pedes eius adorauit. Petrus
vero eleuauit eum dicens. Sur
ge et ego ipse homo sum. Et lo
quens cum illo intrauit. et in
uenit multos qui conuenerat:
Dixitque ad illos. Vos scitis quo
mo abhominatum sit viro iudeo
coniungi aut accedere ad alieni
genam. Set michi ostendit deus
nemnem quem aut immundum
dicere hominem: propter quod sine
dubitatione veni accersitus. In
terrogo ergo: quam ob causam
accersisti me. Et cornelius ait
A nudius quartana die usque ad
hanc horam orans eram hora no
na in domo mea: et ecce vir